

regimini praesidemus nos excitat et hortatur, ut votis illis gratum praestemus assensum, per quae viri ecclesiastici scientiarum volentes imbui documentis competens in suis oportunitatibus suscipiant relevamen. Sane pro parte dilectorum filiorum consulum et proconsulum opidi Liptzensis Merseburgensis diocesis petitio continebat, quod in fundatione sex beneficiorum per consules proconsules seu privatas personas eiusdem opidi in ecclesia hospitalis sancti Georgii extra muros dicti opidi facta caveri dicitur expresse, quod obtinentes pro tempore dicta beneficia debeant inibi personaliter residere ac horis canonicis diurnis pariter et nocturnis in dicta ecclesia personaliter interesse, prout in eadem fundatione plenius dicitur contineri, et sicut eadem petitio subiungebat obtinentes pro tempore huiusmodi beneficia ut plurimum sunt dediti studio litterarum, quod in dicto opido viget generale, nec possunt absque maximo eorum dispendio personaliter in dicta ecclesia in divinis deservire, fructus quoque singulorum beneficiorum eorundem sex marcharum argenti secundum communem estimationem valorem annum non excedunt; quare pro parte consulum et proconsulum praedictorum asserentium, quod ipsi veri patroni dictorum beneficiorum ex huiusmodi fundatione existunt et in hoc expresse consentiunt, nobis fuit humiliter supplicatum, ut super iis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo statuimus et ordinamus, quod tam praesentes quam futuri beneficia huiusmodi pro tempore obtinentes litterarum studio huiusmodi pro tempore insistendo, sine tamen divini cultus praeiudicio vel diminutione, in dicta ecclesia non teneantur personaliter residere nec diurnis pariter et nocturnis officiis praedictis interesse nec ad id a quoquam inviti compelli possint, dummodo interim per idoneos substitutos faciant dictis beneficiis alias iuxta huiusmodi fundationem deserviri, decernentes irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, non obstantibus fundatione praedicta ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum etc. Si quis autem etc. Datum Romae apud sanctum Marcum anno incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto quarto Non. Julii pontificatus nostri anno secundo.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig mit dem Bleisiegel an roth- und gelbseidenen Fäden.

No. 402. 1466. 29. Juli.

Bürgermeister und Rath geloben, dem Nickel von Bucksdorf und nach diesem laut der Stiftung des Bischofs Dietrich von Naumburg zu Berufenden (No. 363) jährlich und solange der Wiederkauf steht 40 Rhein. Gulden in zwei Terminen zu zahlen, nach Wiedereinlösung der Zinsen aber zu geeigneter Anlegung der Hauptsumme ihre Mithülfe zu gewähren.

Wir nachgeschreiben Hans Stockart burgermeister, A. B. C. ꝛ. rathmann der stadt Leiptzk bekenn —, so als der erwirdige in gotuatter vnd herre herre Ditterich iczund bischoff zw Numberg die zzeit do er ordinarius was zw Liptzk vff vnsern ratßhuse vnd uff allen vnsern renthen zinsen zufellen geniessen vnde sunst vff allen